



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XI. De clericis contumacibus, & de numero iudicantium presbyterorum & diaconorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO CHRISTI 348. tum, propriam debebunt temperare iniuriam in clericis nostris. Quod si iniuria constitutionis imperatoriae clericos inquietandos putauerint, si defensio ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniuersi dixerunt: Saluberrimae professiones debuerunt a tanto concedi Concilio.

X.

*Byzaci-
nen.
Felix episcopus * Baianensis dixit: Nullus debet collegae suo facere iniuriam. Multi enim transcendunt sua, & usurpant aliena, ipsis inuitis. Gratus episcopus dixit: Avaritiae cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines usurpet, aut transcendat episcopum collegam suum, aut usurpet alterius plebes, sine eiuspetitu, quia inde cetera mala omnia generantur. Vniuersi dixerunt: Placet placet.

XI.

* Chusi-
tanus Elpidophorus * Cuizitanus episcopus dixit:
Statuat sanctitas vestra, ut clerici, qui superbi vel contumaces sunt, coercentur, ut qui minores maioribus irrogauerunt iniurias, metum habeant. Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem contemnit, sed diaboli, qui superbiae inuentor & princeps est. Vnde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur: presbyter, a sex: si episcopus, a duodecim confessoribus audiatur. Vniuersi dixerunt episcopi: Contemptus debet contumaciae & superbiae in omnibus

Iob. 41. v. 25.
q. 7. Si quis
tumidus.

Concil. Tom. 3.

O ij

108 IULIVS CONCILIVM CONSTANTIVS IMP.

P.L. CONSTANS ANNO CHRISTI
frangi, causa vero pro personis a statuto numero 348.
audiatur.

XII.

Antigonus episcopus Madurensis dixit: Grauem iniuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communem iniuriam. * Optantius, cum se repræsentaret, pactum mecum habuit, & diuisimus plebes. Manuscriptiones nostræ tenentur epittacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & usurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, vt in se illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquerisset. Vnde, aut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conuentus, si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. Vniuersi dixerunt: Pax seruetur, pacta custodiantur.

XIII.

In 2. Atela-
tenf. Con-
cil. cap. 14.
Et in 1. Arc-
latenf. c. 12.

Abundantius episcopus Adrumetus dixit: In nostro Concilio statutum est, vt non liceat clericis fenerari. Quod si & sanctitati tuæ & huic Concilio videatur, praesenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Nouellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ a nobis, formam accipient. Ceterum, de quibus aperi-
tissime diuina scriptura sanxit, non differenda sententia est, sed potius exequenda. Proinde quod in